

Dē annī temporibus. Dē vēre

Iam magistrī in scholā parvōs discipulōs dē annī temporibus docent. Hominēs in moderātā zōnā quattuor annī tempora habent. Commūtatiōnēs temporum quadripartītae sunt praecipuum sīgnum annī.

Nōmen prīmī temporis vēr est. Vēre novō frīgus levātur, silvae, prāta et nemora vestēs niveās cum prasinīs mūtant. Inter ultimās niveās culcitās prīmī vērnī flōrēs appārent. In rāmīs arborum et fruticum parva germina viridant. Multa genera animantium ē sopōre hibernō excitant, peregrīnae avēs ē merīdiānīs regiōnibus advolant. Lūmen sōlis augētur et longae noctēs lentē abbreviantur. Frīgora quidem mātūtīna agricolās nōnnumquam mediō vēre vexābunt, sed tamen summum regimen nātūrae iam vēris est.

Multī scriptōrēs in operibus suīs dē vēre narrābant, multī poētae in carminibus suīs dē vēre cantābant. Ex antīquīs scriptōribus et poētīs vēr in terram Persephonē, fīlia Cereris deae et Plūtōnis uxor, quotannīs portat. Poētae Vergiliī dē agricultūrā librī nōmen Geōrgica habent. Geōrgica nōn parvum carmen, sed magnum poēma sunt. In prīmō librō Geōrgicōrum Vergilius dē vēre novō rūrī narrat.

Etiam Horātius poēta in Carminum librō prīmō dē vēre cantat. In quārtō Horātiī carmine vēr hieme exācta hominibus et pecoribus iūcundum lēnīmen praebet, nam lūminis, calōris, colōrum et gaudiī plēnum est. Vēra sunt Horātiī verba dē vēre: „...ac neque iam stabulīs gaudet pecus aut arātor ignī, nec prāta cānīs albīcant pruīnīs“.

Pulchra sunt etiam dē vēre carmina poētārum Bohēmicōrum. Forte memoriā tenēmus exiguum carmen poētae Vítězslav Hálek „Advolāvit ē longinquō vēr“. Sed potius nōbīs nōtum est carmen poētae Jan Skácel¹ – nōmen carminis „Centēsimum quīnquaḡēsimum sonētum dē vēre“ est. Commemorātum carmen Jiří Pavlica mūsicā complēvit et corpus Hradišťan in suum album nōmine „Studánko rubíńko“ collocāvit.

Pozn: *Tempus, oris, n.* – čas, doba, ZDE: období; zōna moderāta – mírné pásmo (zeměpisné); quattuor – čtyři; commūtatiōnēs temporum quadripartītae – (čtveré) střídání ročních období; praecipuuſ, a, um – přední, ZDE: hlavní; *Nōmen, inis, n.* – jméno; vēr, vēris, n. – jaro; vēre novō (abl. časový) – na počátku jara, v předjaří; frīgus, oris, n. – mráz; levō, āre (1) – zlehčovat, ZDE: zmenšovat, zmírňovat; nemus, oris, n. – háj; vestēs niveās (ak.) cum prasinīs (abl.) mūtāre – mēnit co za co; ultīmus, a, um – ZDE: poslední; frutex, icis, m. – keř; germen, inis, n. – pupen, výhonek; viridō, āre (1) – zelenat se; genus, eris, n. – rod, původ, kmen, národ, ZDE: druh; peregrīna avis, is – stěhovavý pták; lūmen, inis, n. – světlo; augeō, ēre, auxī, auctum – zvětšovat, (pas. přibývat); mātūtīnus, a, um – ranní; quidem ..., sed tamen (spojení vět přípustkově odporovací) – sice ..., ale (přece); nōnnumquam – leckdy, druhdy, občas; summus, a, um – nejvyšší, ZDE: svrchovaný; regimen, inis, n. – řízení, vedení, ZDE: vláda (nad čím + GEN.); ESSE + GEN. – ZDE: náležet čemu, komu; *Opus, eris, n.* – dílo; *carmen, inis, n.* – bášeň, píseň; ē, ex (předl. s abl.) – z, ZDE: podle; *Cerēs, eris, f.* – Cerés, bohyně zemědělství; *Plūto(n), ūnis, m.* – Plútó, vládce podsvětí; nōmen, inis, n. – jméno, název; Geōrgica, ūrum, n. – Georgika, Zpěvy rolnické; poēma, atis, n. – bášeň (větší); rūs, rūris, n. – venkov; rūrī (lokál) – na venkově; exāctus, a, um – zahnaný, ZDE: naplněný, skončený; hieme exācta (abl. časový); pecus, oris, n. – dobytek, stádo; lēnīmen, inis, n. – úleva; vērus, a, um – pravý, pravdivý, ZDE: výstižný; stabulīs (abl. místa); ignis, is, m. – oheň; ignī (výjimka: abl. sg.); gaudet arātor ignī (abl. přičiny);

Ē longinguō – zdáli; potius – spíše; centēsimus quīnquaḡēsimus, a, um – stopadesátý; sonētum, ī, n. – sonet; commemorātus, a, um – uvedený, zmíněný; compleō, ēre, ēvī, ētum – naplnit, ZDE: doplnit (o co + ABL.); corpus Hradišťan – soubor (hudební, umělecký); album, ī, n. – album; collocō, āre (1) – umístit, ZDE: zařadit (o skladbě do alba);

¹ Annō 2022 (bis mīllēsimō vīcēsimō alterō) Jan Skácel centēsimum iūbilaeum nātīvitātis suaē habēbat.